



LIBER.

natione. sicut unculis tenebrarum. & longe nocti compecti. inclusi sub tectis fugitiui perpetuo. prudentie placuerunt. & dum putant se latere in obscuris peccatis. tenebroso oblivionis uelamento delersi sunt. pauentes horrende. & cum admiratione nimia perturbati. Neque enim que continebat illos spelunca sine timore custodiebat. quoniam sonitus descendens percurrabat illos. et psonae tristes apparentes pauorem illis prestabant. Et ignis quidem nulla uis poterat illis lumen prebere. nec siderum limpide flamme illuminare poterant illam noctem horrendam.

**A**pparebat autem illis subitaneus ignis. timore plenus. & timore percussus illius. que non uidebatur facies estimabant deterrita esse que non uidebantur. & magice artibus appositae erant derisus. et sapientie gratia correptio cum contumelia. Illi enim qui permittunt timores et turbationes expellere se ab anima languente. pleni timore languebant. Nam et si nichil illis ex monstris perturbationis transiret animatum. et serpentium sibilatione commotum tremebundi quiescerent. & aerem quem nulla ratione quis effugere posset. negantes se uiderent. Cum sit enim timida nequitia. dat testimonium condempnata in omnium condempnatione. Semp enim presumit seua. concurbata conscientia. Nichil enim timor. nisi presumptionis adiutorium. predictio cogitationis auxilium. Et dum ab utroque minor est expectatio. maiorem concipit scientiam eius cause. de qua totum tum prestat. Illi autem qui in potentem uere noctem. & ab inferis. & ab altissimis inferis superueniente eundem suum dormientes. Aliquando monstrorum exagitantur timore. aliquando autem

deficiebant quadratione. subitaneus enim illis. & insperatus timor superuenerat. Unde si quisquam ex illis decidisset. custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Si enim rusticus quis erat aut pastor aut agri labor operarius preoccupatus esset. inestimabilem sustinebat necessitatem. Una enim arena tenebrarum erat colligata. siue spiritus sibilans. aut inter spelios ramos auium sonus suauis. aut uis aque decurrens in uiam. aut sonus ualidus precipitatum petrarum. aut ludentium animalium cursus inuisus. aut mugientium ualida bestiarum uox. aut resonans de altissimis montibus echo. Infelices faciebant illos pre timore. Omnis enim orbis terrarum limpido luminabatur lumine. & non impeditis operibus continebatur. solis autem illis superposita erat grauis huius imago tenebrarum que superuenire illis erat. ipsi ergo sibi erant grauioribus tenebris. Scit autem cuius maxima erat lux. & horum quidem uocem audiebant sed figuram non uidebant. & quia non et ipsi per eadem passi erant magnificabant. & qui ante lesi erant quoniam non ledebantur grauioribus agebant. & ut esset differentia donum petebant. Propter quod igni ardentem. colunam ducem habuerunt ignote uie. & solem sine lesura boni hominibus prestitisti. Digni quidem illi carere lucem. & pati carcerem tenebrarum. & inclusos custodiebantur filios autem postquam prebat in corruptum legis lumen scoldari. Cum cogitarent iustorum occidere in fantes. & uno exposito filio. & liberato in quadrationem illorum multitudinem filiorum abstulisti. & pariter illos perdidisti in aqua ualidam. Illa uox enim ante cognita est a patribus. & ueritate uere seruata.

XVIII.